





HODOE PORICA.  
EXEVNTI.  
URBE. ET. AGRO.  
SEM PRONIENS IUM.

VIRO  
PLUR. REVERENDO. ET. *habet II. 969.*  
*CL.*

DN. M. CHRISTIANO  
Seesmann COB. FR.

In Gymnasio Istrom hactenus

RECTORI,

ad Provinciam

Ecclesiasticam,

quam

mirabili DEI Providentiâ ac nutu,  
non sine magno cordatorum virorum applausu,  
præviâ legitimâ vocatione,

CREMNICENS E S

*ceu*

PASTORI Civitatis Primario, Ecclesiarum vero  
& scholarum Territorij sui futuro

INSPECTORI

dederunt,

undiqueversum,

*missa.*


A. clo. Ioc. LXI.

---

LEUTSCHOVIÆ,  
TYPIS LAURENTII BREWER.

30-





E. SEELMANN E, diu tecta scholastica,  
Qui, quæso, teneant? non Deus obteget  
Excellens animi, munificâ manu,  
In Te depositum, non teget is Bonum:  
Dicebam tacito pectore sæpius,  
Cum pro me populum Medwisi docens  
Ornare cathedram, non sine plausibus.

Felix CREMNICUM, perpetuas Deo  
Grates redde, Tibi quod dedit hunc VIRUM,  
Quo Doctore ANIMAS certa beat Salus,  
Adspirante Deo, Gloria quem decet.

Felix CREMNICUM, hoc munere, sis diu!

GEORGIUS POCH Sempr. Hung. Pastor  
Medwisch.

Christus excelsô residens olympos  
Atq; totius dominator orbis  
Te vocat, SEELMAN, sequere & relinque  
Sceptra scholarum,  
Me, me, ait, promptus sequere & paratus:  
En patent templi cathedrae decenter  
Ita per montes animasq; pasce  
Cremnianas.  
Angeli currus comites sacrati  
Te, Tuos & quod- Tibi- cung; charum  
(Ecce mandavi!) vigiles tuentur  
nocte diego.

Tame-

Tu meum gratus celebrato nomen  
Sic eris servus Domino fidelis  
Primum ut certum, mea ceu secutus  
Fussa, reportes.

Effigies qualiscunq; & adumbratio vororum  
**MELCHIORIS GARTNERI Schemnic.**  
Past. Loipersbac.

**C**onsilii, Auxili, Doctrinæ plangit asylum,  
SEELMANNUM h̄ic Pietas, Gratia, Musa cliens.  
Diversis diversa quidem, mihi plurima tecum,  
Ni sequor, effugiunt, plurima, Delicum.  
Davidem Jonathan sequitur, Pyladæus Orestem:  
Te, SEELMANNE, FOMAN, corpore, mente, manu.  
Corpore disjunctos, junctos & amore fideq;  
Sin vis, conjungat Patria, Christe, Poli.

Hieronymus Christophorus Foman  
Past. Kobers- & Weppersd,

## *CHRISTIANUS SEELMANNUS.*

Anagr. Cures lenis animas: sunt.

**G**ymnasi curasti animas, Clarissime Seelmanno,  
Sempronii semper laude fideq; bona.  
Candida que fuerat Tibi mens subjecta fatetur;  
Dicendus contra, qui neget, ille niger.  
Commissas ANIMAS CURES, ut SUNT in ovili  
Christi, mox LENIS moxq; severus eris.  
Imperat hoc Dominus, cuius Legatus haberis,  
Hoc scio quod facies, hoc voveo ut facias.

*Quanquam perpetienda Tibi durissima quaq;  
Christjanus vinces, si patiendo feres.*

JOH. VIBEGIUS Pastor Lozmann.

**V**IR ubi PINNARUM est? excessit, ad astra volavit?  
Militiae sacræ quis moderator erit?  
**P**sallite Cremnitii Patriæ pia pulpita nostræ,  
Pastor in hoc citus VIR-ANIMARUM aderit.  
**C**ollatos videt alter, at invidet alter honores.  
Plura videns videat; qui invidet, ille nihil.  
**N**omine SEELEMANNUM censemus omne talem:  
Nempe sacro pariat commoda multa gregi.

*Michael Marquardus Past. Walberß.*

**A**rtibus ut placuit generosam fingere pubem,  
Gloria Gymnasi Semproniensis eras.  
**I**ncede sic plebem Divino pascere verbo,  
Gloria mox templi Cremniciensis eris.

Joh. Ferdinand à Manndorf Lib. Baro  
Suo & Illustrium commilitum ac  
Convictorum nomine.

**N**on læta Musæ fundere jubila,  
Sed mæsta mandant necere carmina,  
Dum Rex Lycéi Semproniani abit,  
Thespiaenumq; relinquit, agrum.  
An sat replevit iam tua guttura  
Pulvis Scholarum? pulvere Te Deus  
Nunc extrahens in celsa famæ  
Eychit atq; locat theatra.

O perge

O perge felix! pascere quō, Deo  
Vocante, possis Cremnicium gregem.  
Ecclesia persiste fulcrum,  
Ceu fueras Scholæ columna.

Ægidius Ludovicus Prisomannus S. H.  
suo & patriciorum nomine.

Sicine discipulos linques Seelmannne Magister,  
Cremnitum tendens ad oves & ovilia Pastor?  
Scilicet ex æquo privatis publica prafers.  
Apprecor. I prosper, Dominus benedicas ab alto  
Pastori, atq; gregi, fusis ursisq; lupisq;  
Sidereos tuto valeant concendere montes.

Melchior Reisinger, Jun. Sempr. H.  
suo & auditorum privatorum nomine.

Quis rumor auras perstrepit improbus?  
Phœbum Lyceo quis sua lumina  
Negare narrat? quō nitorem  
In loca provehat altiora.  
Ah fama tristis, dum nova limina  
Scholæ Magistrum linquere dictas.  
Quid tristis? Atqui ad altiora  
Tendimus & properamus omnes.  
Ascendat ergo: Cœlivagi chori  
Quō sanus alpes ac juga montium  
Nivosa transmigret, potenti  
Agmine concomitentur, opto.

Jacobus Erhardus Preinzingius S. H.  
suo & ad Academias abiurientium  
nomine.

**S**cilicet interdum nomen solet omen habere;  
Sic Seelmannus tuum nomen & omen habet.  
Pavisti in ludis pro dote tuag, virili,  
In templis ANIMAS pascere jussus abis.  
Ergo tuis cæptis benedicat dextra Jehovæ,  
Ut sint & posthac pascua larga Tibi.

Joh. Nicol. Hack. Cob. Franc.  
suo & Germanorum nomine.

Magister Christianus Seelmannus Cremni-  
cium vocatus vivat!

Anagramm:

I magnum munus vice Christi servans cætum  
instituas alacer.

**I** Felix, SEELMANNE, precor venerande Magister  
Et munus magnum quod suscipis hoc vice Christi  
Servans, salvatum pretioso sanguine cætum  
Instituas alacer divini dogmate verbi.  
Te Dominus vineæ multos utatur in annos,  
Proq; labore Tibi cœlestia præmia reddat.

Augustinus Serpilius Hungaritus  
suo & Hungarorum nomine.

**C**yrrhei nemoris cui stat in entheo  
Fama incana jugo, palmag, viridis:  
Te jam Cremnicium, quod Jove sub trium  
Ulnarum patulo nomine Regio  
Florem Sarmaticis montibus eruit,  
Votis continuis avocat invidum.

Me vox

Me vox docta, hederâ frons tuâ nobilis  
Miserent superis: sed vetat Antias,  
Quæ me Socratico non sinit in sinu  
Tempus præsidio condere sub tuo.  
I Te Jova vocat! Cremnicii gregis  
Sis Custos, Medicus, Tityrus & Pater.

Johan. Tröster, Cibin.

suo & Transylvanorum nomine

Ingentes tellus fundit Sempronia planctus  
Cum de Gymnasio Chare Magister abis,  
Ingentes tellus fundit Chremnitia plausus  
Cum sacras ædes Clare Minister adis.  
Te, quocunq; velis, vertas, comitamur euntē  
Mente; ita abire potes corpore, mente nequis.

Nicolaus Sarfoi S.H.

suo & C. Sempronijensium nomine

At in palestra literaria sudasti:  
Absterge vultum, sarcinasq; permuta  
Ni forte, ut ajunt, perpetim Sacramentum  
Fastidioso pulveri miser dixti.  
Certum est labore & hac Scholastica mole  
Erectioris frangier animi vires.  
Nunc absolutus molis & curarum  
Versato sacros liberâ libros dextra:  
Scientiae olim multiformis archivum,

Post con-

*Post consecratus Veritatis Interpres.  
Laudamus istud, gratulamur hoc munus.*

Michaël Rues Hark.  
*suo & Chori Musici nomine.*

**S**ihr Bergstetter Ihr/ die Ihr um jenes thal,  
Das mit dem Schneegebirg und Alpen steht umbgeben,  
In stiller Einsamkeit verbringeret Euer leben;  
Wollt Ihr daß man hinfort mit solchem Mann euch Zahl,  
Der nimmer sterblich ist/ so nemmt das Edle Pfand,  
Dass wir Euch schicken hir: Doch daß sich bald weg mache/  
Was gutes hindern kan: Denn über Ihm helt wache  
Der Hüter Israel/ jhn schützt Gottes hand.  
Wie wir gehorchet ihm/ so folget ihr auch nun,  
Denn Er hinfür muß für Eure Seelen wachen,  
Und geben Rechenschafft bey Gott für alle Sachen,  
Lasset ihn das Amt mit freud und nicht mit seuffzen thun.

JOHAN. STORCH von Herrengrund/  
für sich und gesamte zu Oedenburg  
Beslissene Bergstetter,

**Q**uò fata trahunt retrahuntq; sequamur  
**S**oll es denn also sein vom lieben GOTTE versehen,  
Dass mit dem Seelenmann ich muß nach Eremniz gehen;  
So helft Er mir hinein mit freud und guten Glück,  
Und wenn es ist sein will' auch wiederumb zu rück.

DAVID PÄÜCKER/ von St. Jorgen,

II. Bona

II.

Bona Verba .

E I D E M .

POSONIUM. LIB. REGIAMQUE.

HUNGARIÆ METROPOLIN.

A D E V N T I .

Ab optimis Viris data.

Ad Ovid. Eleg. 9. lib. 1. Trist.

Parodia .

A T mea Communi quamvis mœstissima sorte

Sit mens, optatâ, facta serena, Tuâ est.

Hoc Tibi venturum fama, ô charissime, vidi,

Dona tot ingenij cum patuere Tui.

Sive quid ex imo repetendum fonte Stagyræ,

Pœcilis aut fuerat, doctus amandus eras:

Sive ex sacris cœlestia dogmata rostris,

Aurifluo quoties ore bibenda dares:

Sive per ingenuas aliquis caput extulit artes,

Laudis ubiq; decus floruit inde Tibi.

Ut dubium fuerit quanam Tu clarior arte

Communi afferres commoda plura Bono.

His bene-de-meritis Fato tibi publica laudis

Non una im merito Scena paranda fuit,

Sicq; erat in Fatis, exuto ut Syrmate Pindi

Personam sacro nunc ageresq; Choro.

Quod quoniam evenit, tota mihi mente tibiq;

Gratulor hanc Seelman, quâ benè semper AGAS.

Utq; olim Musis tot commoda, Amice, tulisti;

Sic majora precor plura ferasq; Deo.

B

I felix,

I felix, Seelmanne; Animarum quære salutem:  
Quo pede cœpisti, sic benè semper eas!

Quo voto plurimum Reverendum atq; Pra. Clariss.

Dn. M. CHRIST. SEELMANNUM

Cremnitum ad Pastoratum divinitus vocatum,

Amicum mihi semper honoratissimum,

prosequi volui, debui,

DAVID TITIUS, Silesius, Ecclesiastes Po-  
loniensis, nec non venerandi ejusdem Comi-  
tatus Contubernij p. t. Decanus &  
Vice-Senior.

A Doves ab agnis Pastor ille consendit  
Qui sedulò semper suum facit munus.

Hoc adprobas ipse, Erudite SEELMANNE,  
Polymnia fata matre, patre Cyrrhao,  
Mea suave contubernium mentis.

Nam quod tenetlos hactenus greges pasto-

Apollinaris pauli saginasti,

Solertis impiger laboris & curæ;

Nunc accipis greges adultiores &

Robustiores, quos ad entheos campos

Fontesq; ducas limpidos Palæstinae.

At fors! pericla quanta Te manent nescis?

Næ! vix Luporum est tam ferax Apuleja

Ac vallis illa qua Greges tuos claudit.

Opus proinde sis vigil, catus, cautus,

Ne damna Tarpeji ferant Lupi, sacris

Septis genus pertriste, simplices suetam

Oves vorare vi dolo, deceptas.

Quod ut cadat tanto secundius, votis

Pro Te Deum ambibo meis sacrosanctum;

Qui summus est Pastor gregis, vigil semper,

Ut

Ut cœpta dirigat Tua atq; conatus  
Ad Numinis sui chorevma fæcundum  
Ecclesiæ, commodum, gemiscentis  
( Eheu! gemiscentis modō sepulcrali )  
Sub mole persecutionis horrendæ,  
Quæ pressit olim, at! nunc premit colosse.  
Adsit pronæ a summa Numinis summi!  
Hæc summa voti. Tu ratum velis Jova.

M. DANIEL Tieftrunk Saxo:

Ante Pastor Prim. Modrenf. nunc  
Rector Gymn. Posen.

Ergo propositum tenax  
Sic SEELMANNE sedet Palladij haec tenus  
Non vulgare Decus chori  
Sedis Castaliae linquere culmina  
Dulcem & Pieridum tribum?  
Nunquid tām subitō fit Tibi tedium  
Tritā pergere semitā?  
Et pressisse gravis pulpita pœciliis?  
Quondam non satiabilis  
Mentis delicium: siccine pulverem  
Excussisse juvet, decus  
Frontis pulvereæ majus olympico?  
Non si vel vitulantium  
Hunc movit juvenum stulta protervia:  
Vel sors ipsa molestior  
Afflavit rapido turbine concitum  
Spartam protinus arduam  
Ornandam decuit linquere traditam.  
Cernis mœstitiâ obrutos  
Cives Castalidos tec tria Numa

B 2

U



Ut vultus lacrymis rigent?  
Ut Phœbea comas stet malè languida  
Laurus semper Apolline  
Te lœta ante vigens, mœstaq; lugubri  
Se taxo similem ferat?  
Stat, cerne, Aoniis, turba operans sacris  
Orbari Duce Te querens.  
Aureis ut cupiat compedibus sibi  
Devincire Te Apollinem?  
Et stringi renuis? nec retinentium  
Fusi Te gemitus movent?  
Quam causam regeris? debitus antea  
Musis, Portio nunc sacri  
Cœlestum arbitrio debeor agmini;  
Fato sic decet obsequi.  
Fatum ô glorificum, quod Tibi gloriæ  
Foetam tam segetem parit!  
Quondam culte chori Mystra Heliconij  
Nunc clarande Sionij:  
Quo Te fata vocant, I! bonus impigrè!  
Jam Te Musa Sonia  
Deportare parat gloriæ in effedo  
Fausto devehere oscine.  
Acclamat comites: spem meritis gravem  
Virtus prævia nunciat  
Eccum! hic salyficus VIR ANIMARUM adeat!

M. JOHANNES RHELINUS.  
Human. Lit. Prof.

Ergo

Ergo cathedræ Te valedicere,  
Seelmanne, certum est, velle scholasticæ  
Sopronio dilecte multum

Auriferam et properare ad urbem?

Pallentis auri forsitan incitat  
Splendor, recessu providus intimo  
Ipsisq; terræ quod remotis  
Occuluit Deus in cavernis.

Aut fors gementum Tartareaas domos  
Lustrare gestis, regnaq; manium  
Tentare cæca illinc onustus

Et spoliis remeare Pluti.

Fallor, profecto! Nec tua torruit  
Træcordia auri tam sitis improba.

Cor æcum velles videre  
Visceribusq; inhiare terræ?

Pertæsus haut es, credo, Sopronij  
Fautrix bonarum quæ fuit artium  
Eritq; semper, digna multis  
quæ vigeat superetq; seclis.

Invitat ipsos Sauromatas liquor  
Felicitis uvæ, nectaris æmulus  
amantq; vinum quod Falerno  
præripit Ammonioq; palmam.

Bz

Gau-

Gaudent solutos carcere scrinij  
Mutare nummos, quos Cereris piget,  
Spumantis in vini procellas,  
Et pelagus geniale Bacchi,  
Cur Te fugaret? Sceptra scholastica  
Et improbus qui præcipitur labor,  
Anniq<sup>z</sup>, succumbensq<sup>z</sup> corpus,  
Rara quies humeriq<sup>z</sup> lassi,  
His pulveres & pulpita Gymnica  
Invisa tandem redditia sunt Tibi.  
His cura major facta vitæ est,  
quam Senium minuit labore.  
Sed nec talentum sic sepelis tuum,  
Minusve fœnus post facies, Dei  
Vindemiam curans, tenellas  
qui poteras coluisse vites.  
Ornabis illam Numine prævio  
Spartam decenter: quoq<sup>z</sup> fideliter  
Politiores reddidisti  
Nunc faciesq<sup>z</sup> pientiores.  
Juvabit is Te, qui vocat, t<sup>t</sup> Tuis  
Annectet annis aurea tempora,  
D<sup>E</sup>us, tuo sacro labori  
Ipse dabit benedictionem.

Honoris quin & boni omnis ergo f.

M. ELIAS THOMAS.

Qui

**Q**ui lacrymis parcām jucundos inter amicos  
Quod venerande mihi Fautor, abire paras:  
Munere fungar aīs divino: perge, vocante  
Ac monstrante, levem, Numine, carpe viam.  
Perpetuō volvens librum, quo dogma tenetur  
Sacrum, fer domui commoda multa sacræ.

*JOH. JACOB. FOMAN LL. Stud.*

## Spatkommendes aber wolgemeintes.

Herzschmerzlicher Liebes-Sag.

**G**erd auch der von mir gerissen/  
der beflissen  
Mit recht deutschen Seelenrath  
Ja mit that  
Mir zuwachen frūh' und spat:

Himlischer Gegen-Sag.

**E**r wird nicht nur dir genommen/  
Alle frommen  
Trifft ein gleicher Liebes-Schmerz/  
Weil ihr Herz  
Wird versetzt anderwerts.

**Zwei.**

Sweiter-Sag.

Meines mangels Lückenbüsser/  
Der versüßer/  
Meiner bittern Traurigkeit  
Meine frewd  
Reiset von mir allzuweit.

Gegen-Sag.

Solte Er denn nicht sich wenden  
Wohin senden  
Seinen seel'gen Wander-fuß  
ohn verdruß  
Unsers Himmels Gunst und Schluß:

Schluß.

Reise meiner Seelen Seele/  
**SEELMAN** wehle/  
Jene Berge für den Thal  
und für Quahl  
Titans güldnen freuden-Strahl.

HIERON. CHRISTOPH FOMAN  
gewesener zu Bobels- und Wepperstorff/  
nu aber vertribener und verfolgter  
Diener Christi.

III.

EIDEM

LIB. REGIAMQUE  
BASINGAM

T R A N S E V N T I.

Hört wunder! Iss wol wahr? Herr Seelmann sol s̄e scheiden  
Von seinem Oedenburg; solt er wol können meiden  
Die Stadt dahin ihn Gott so wunderlich berussen/  
Und da vertrauet hat der Schulen höchste Stullen?

Die Burg die nicht gar Oed von Langbewehrten Freunden  
Die seines Namens Ruhm gerettet bey den Feinden.  
Mit derer Herz und Geist/ sein Herz und Geist sich gatet/  
Woher sein Lebensbaum offt freundlich ward beschattet.

Kan sich sein Schulenfleiß hirdurch so lassen stillen/  
Daz Er aufhören solt/ mit nutzen zu erfüllen  
Dich Edles Wittenberg/ du Kron der hohen Schulen  
Mit solchen die mit Ernst um deine Weisheit buhlen?

Ists rathsam daß man den solt aus der Schule nehmen,  
Der manch-frech-junges Blut so wusste zu bezähmen  
Daz man bald besserung nach seiner Zucht verspüret?  
Der viel zu Gott und Kunst mit Ernst und Lust geführet.

Hat Cremniß keinen Ort allwo es konte schauen/  
Nach einen Seelenmann sich deme zuvertrauen?  
Ists dir ô guldne Stadt dißmal so wol gelungen  
Daz du das haben kanst/ wornach viel mißgerungen.

Ja/ ja es ist an dem/ Herr Seelmann muß sich scheiden  
Von denen die mit Weh' und Schwermut trennung leyden.  
Es gilt kein Ausflucht mehr/ kein Sinnen/ kein verhindern/  
Kein wort der Besserung/ kein Freund/ kein Arbeitsmindern.

C

Er



Er ist ein Seelenmann der sich Gott ganz ergeben,  
Ein Christmann welcher muß nach Gottes willen leben.  
Ein rechter Seegelmann/ der wo jhn Gott hinsendet  
Mit Gottes Seelengut bald hier bald dort anlendet.

Nun der in Gottes Ruff und dessen Nahmen reiset,  
Beziehet diesen Orthen ihme Christus weiset,  
Und lasset aus der Schul sich in die Kirche stellen/  
Wer wil von solchem Manit ein widrigs urtheil fellen.

Die Stadt ist umb und umb bezirkt mit Berg und Gründen,  
Mit Gruben da das Gold/ der meisten Gott/ zu finden:  
Da wird die Königin der ganzen Welt geschmücket,  
Wenn man mit ißren Kranz des Herrschers Bildnuß drücket.

Läß diesem Seelenmann, O Jesu, vol gelingen  
Dass aus des Menschen herz er möge Schäze bringen,  
Die förderst Dich und dann auch innigst Ihn erfreuen.  
Dass Dich des Russes und Ihn der folgenie mag reuen.

Das wünschet herzlich.

MICHAEL Höher Evang. deutscher  
Prediger zu Bösing.

Jason ad Colchos pelago meavit  
Et nihil Scylla nihil & Charybdi  
Quæ sinu Ponti faciunt boatus

Territus Heros.

Vix mari eluctans rabidas Chimæras  
Vidit, insurgens animo vibravit  
Fortiter ferrum, Lycias Chimæras  
Cade cecidit.

Ipsæ

Ipse Mœandros varios laborum  
Quæso cur Syrtes dubias aquarum  
Promtus accessit? quoniam reportat  
Inde brabæa.

Sic Minervæ nos comites meamus  
Ad Scholæ Parnassiacæ Camœnas  
Huc dehinc istuc ubivis sequentes  
Carbasa Musæ.

Quæ suis cultoribus, exseramur,  
Vult ut è crassis tenebris, supraq;  
Ritè præmineamus imperitos

Momine, Maccos.

Grande pol, S E E L M A N N E, Minerval est hoc!  
Edoces istud simili monetâ  
Suscipis dum C R E M N I C I E N S I S Ædis  
Pulpita D I æ.

Macte Censurâ Sophica MAGISTER  
Sume jam CHRISTO-Sophiæ tiaram,  
Esto Lemniscis hederæ feracis

Tempora cinctus.

Prosit opto, terq; quaterq; prosit  
Iste Mystarum titulus novellus!

Te Pòli ducat dominans A C H A T E S

Sydere fausto.

J O H. N O S T I T I U S Soln.  
Heliconis Basing. p. t.  
Director.

IV.

EIDEM  
LIB. REG. MODERAM

PRÆTEREVNTI.

**S**eelmanus, decus Aonidum, mihi dulcis Amicus,

Ad vitreas dudum cognitus Albis aquas :

Gloria Sempronij non infima, tendit ad oras

Hungariae auriferas, Cremonitiumq; petit.

Non sperata loci celebris mutatio, queso

Quid sibi vult? Summa Numen ab arce jubet,

Ostenditq; viam. Promte, Seelmann, sequaris,

Quando Tuo cursu Te sine Jova vocat.

Eius sit Tecum Benedictio Dia, sacrumq;

Officium jubeat faustius esse Tibi.

Auxiliante sacro per Te Sapientia Flatu

Multorum mentes occupet atq; regat.

Discipulos per Te doctos dispersit in orbem,

Sanctificet plures, Te praecunte, Deus.

Tandem decernat Phæbo majora fideli

Præmia Doctori, dulcia cūiq;, Tibi.

Ita ex animo votet Amico suo veteri & candido

JOH. GEORG. GRAFF Eccles.  
Evang. Modr. Pastor.

**H**Agenus Agnorum curam, SEELMANNE tuorum

Gessisti, Aonii gloria magna chori.

Nunc Tibi credit Oves divino sanguine lotas

Christus, maiores apperit atq; fores.

Agnorum ex stabulo sacrum Tibi monstrat ovile:

Post exantlati grande laboris onus.

Agnos

Agnos pavisti ceu prospere tencellos  
Omine, sic per te crescat ovile sacrum.  
Adducantur oves Christo non agmine parvo:  
Summus & aeternum Pastor ovile dabit.

CHRISTOPHORUS SCHEDIUS  
Cell. Saxo Eccles. Modr. Pastor.

Sic Te dextra potens Dei  
Contra vim rabidam protegat hostium;  
Deducatq; pie sibi  
Toto ac ingenuo pectore, deditum!  
Curru qui Tibi creditum  
Debes Hungariæ montibus arduis  
Seelmannum, spatiū viae,  
Sed motu placido, confice prospere!  
Gaude CREMNICUM Viri  
Præclaris animi dotibus impigri!  
Aurum nobilitat tuam  
Famam, laude Viri nunc magis auream.  
Quare suspice, quem vides  
Advenisse tui munere commodi.  
Longè dira Calumnia  
( Nunquam quippe Bonis æqua ) faceſſito!  
Sunt & semper erunt, tuae  
Linguæ ſpicula qui missa retorqueant  
Ventosum caput in tuum,  
Spectris Cerbereis gratum habitaculum.

M. JOHAN. BURINGERUS Poson.  
h.t. Modræ Civis & juratus Notarius, atq; pila quædam ibid: infelicitatis, variè hucusq; jactata.



*Parodia Horatiana ex lib. i. Od. 3.*

**S**ic Te Jova potens poli,  
Christus, perpetuus par patrio nitor.  
Pressorumq; regat Pater,  
Flamen sidereum, cordicitus precor:  
*Ad sis omne prospero*  
Ut sanus superis traditus Hungaris.  
Mōeret SEMPRONIUM quidem  
Nunc auferri animæ dimidium suæ  
Illud, robur & æst triplex  
Te circa esse putat, cordis & intimas;  
Quod se deserere audeas,  
Decertans reliquis urbibus & locis,  
Et famâ superans suâ  
Præclarisq; viris, ac aliis bonis,  
Annon præcipitem Africum  
Luctantemq; times ad juga montium?  
Annon frigidulum Jovem,  
Nec tristes Hyadas, nec rabidos Getas?  
Qui siccis oculis, suis  
SEELMANNUM videat cedere finibus  
Clarum Sempronium? dolet  
Discessum celebris *Thejologum chorus*,  
Doctum Gymnasium quoq;  
Deplorans abitum præ lacrymis madet.  
Verùm cum DEUS avocet,  
Et Te CRENNICUM nobile postulet,  
Ostendatq; viam Tibi,  
O Seelmanne decus Pierii gregis  
Sis promptus Dominum sequi  
Fortis corripias seu vetitum nefas

**Seu**



Seu perversum hominum genus,  
Quod se Christicolum cætibus ingerit,  
Semper fraude malâ domo  
Jactans ætherea ducere se genus;  
Sed natum Styge flammæo,  
Per quod perfidia & nova criminum  
Terris incubuit cohors.  
Tanto majus erit præ reliquis opus,  
Quem vel Herculeus labor  
Vel vecti tumidè ad sidera Dædali,  
Numen munus id arduum  
Clemens efficiat, nec Tibi sit grave.

Sic ex animo precatur

ANDREAS KOKERUS Gorlic. Lusat. Sofl.  
Modrensis Rector.

**N**obile SEELMANNI, Vir præclarissime, Nomen  
Jure tenes nudo nec geris hocce sono.  
Ipsa subest siquidem res: nam director Olympi  
Cura animas teneras tradidit ipse tua.  
Quas tibi commissas fido constanter amore  
Fouisti, egregij munere functe Viri.  
Jam Tibi committit plures, gravioraq; cura  
Pondera supponit, Cremnitiumq; vocat.  
Ut pascas domini multorum pectora verbo  
Et plures Cæli sede perenne bees.  
Verus Psychander sis, Vir Clarissime, sic Te  
Sic animamq; tuam munera sancta manent.

JOHANNES WIGLEBIUS ConRector.

V.

E I D E M  
CREMNICIUM MONTANARUM  
METROPOLIN.

I N E V N T I.

FELICITER.

Celere TIBI DOMINE FAVITOR, humilis ego cliens  
Pede feror hilariter, eoq; cupidus in obitum,  
Precor &, ut opera sacra Theologica Tua, quæ adis,  
Celebriter & alacriter animo ita benè peragas,  
Uti pius homo DOMINICOLAq; sacer in adyto!  
O Erebidome Deus, HERE polisolis alipotens,  
Age, dato, tuus uti VIGIL alacris ibi vigeat,  
Ubi scatebra crocea niveaq; foditur opibus!  
Fuit ibi cathedra Theologica velut acephala:  
Fuimus, cho! veluti misera ovicula sine duce:  
Novi itaq; bene veniat ANIMA VIRI (ait avida  
Ovicula) PECORISE QUI! O IA, HERE pie Deicoli  
Gregis, age, bona ave eat agiliter HOMINIS adeò  
VIGILIS opera, bonaq; sicut humilibus ovibus!  
Sit ei animirapa, valida, fluida nitidaq; vox:  
Vetera nova, Nomici animus uti, labia referant.  
Uti Basilica rabida Saltanæ abeat in Erebum  
Et ibi maneat, adeat homo fideicola polum!  
Veluti genius aliquis, uti phaophoraq; Venus  
Veni, ANIMA sacra, theodate VIR, alacris: uti salus  
Veniat hominibus, uti Religio vegeta siet,  
DOMINICAq; Domus hilaris ovet, & ita vireat,  
Olea veluti viridi in agro, aquam uti prope salices,  
Policaq; via magc mageq; pateat hominibus!

[Matth. 13, 52]

TIBI



TIBI Deus IA duit animum alacrem, agilem & hilarem  
Faveat &, uti vegeta siet ANIMA, validaq;  
Casula animæ: uti diu opera TU A sacra hominibus his  
Benefaciat, & id agat, uti pretium operæ habeas!  
At ANIMA TU A diu ibi merita, dein ea adeat  
Loca, ubi policola sine prohibitu hilariter oves!

*Felicem Adventum Tribrachico  
hoc gratulatur*

DANIEL FABRI Ecclesiastes Cunofovanus.

*Anno quo*

Ita bène CVpIt anIMa Fabra hILara. Det Ita,  
O, Iah!

Alloquium Christi, ut nunc ita ibi  
iterandum ad suos.

Euge ô! serve bone ante fuisti in pauca fidelis,  
Multa super statuam Te mibi Christus ait.  
Ingenia ingenuâ polijsti industrius arte  
In scholicum sudas quando sedesve bonum.  
En bona jam vitæ Tibi nunc committo futuræ  
Pasce animas quibus est sanguine parta salus.  
Si quoq; in hæc servus fueris mihi pauca fidelis;  
Æternum audis hæc verba mea, ore meo:  
Euge ô! Serve bone ante fuisti in pauca fidelis  
Multa super statuam Te mibi, fide DEO.

Ἐπιχειρίματος πρὸς τὸν Φύχανδρον.

Φύχανδρον, Φύχανδρε, θέλεισ ὄπλεθαι ὀπωπῆσ;

Ὥπλεο δήμα χολῆς. Ὥπλεο δήμα θεῶς.

Ψυχάνδρος ἀμφὶς μορφῶν Φύχανδρον ἐπόψῃ

Ἐσ τὸ φύτευμα θεῶς πολίευμα θεῶς.

D

Echo

Echo Scholico-Ecclesiastica  
sui indiga complementi.

**S**udasti Scholico Seelmanne in pulvere? verè  
In Domini sudas jam quoq; vinea? idem cā.  
Illene an hic sudor penetrantior intimo? in imō.  
**E**xperite, experto dic mihi!

claudio sonum.

**T**OBIAS STEPHANI Nanno. Mor.  
Eccles. Neostubensis

**Q**uæris quid faciat beatiorem?  
Seu fors quid poterit beare verè?  
Responsum cape, nil beatiorem  
Posse ex materiebus omnibus, quas  
Hic complectitur universus orbis,  
Quem præstare, nisi unicum hocce dicas;  
Ut mortalis homo ψυχὴ fidelis  
Dotatus, simul alterum beare,  
Doctrinæ ac fidei queat fidem  
Praxi redere. Ita audiet beatus,

Electum organon illud Ethnicorum  
Paulus, Timotheo, Beabis ipsum  
Te scribens animasq; plurimarum  
Quod si curam habeas Turac eorum,  
Te qui audire tenentur, omnium, inquit.

Hoc Christiane facis Psychander, & Tu  
O virtutum anima expolita pulcris  
Planè floribus! In Soprano  
Parnasso Aonidum, cateryam enim ante

Infor-

Informare, animasq; & hac beare  
(Sic Plato) ratione non quiēsti.

Sed nunc animas beare cessas; nec  
Quin tantò potior beatiorq; es  
Nunc, cum Spiritualibus Magister  
Divinisq; scientiis Jehovæ  
Cœpisti aurigenam beare totam  
Urbem CREMNICII; facisq; eamdem  
Cunctis præ æriferacibus Paternæ  
Nostræ oræ caput usq; ad Astra ferre;  
Quantum fulva solent metalla Solis  
Æris quod reliquum est præire longè.

Exemplar gregis ac fidelium ipse  
Christjānum simul es. Beatum ut ergo  
Te ne forte vocem quid obstet effer?

Tu SEELMANNE igitur beatus es Vir  
In verbo Domini die atq; nocte  
Versaris, qui animas tuamq; & audi-  
torum pascis, & annuare in ævum  
Et Phœbi auricomni nitescere instar  
Ilio in axe novo facis Psychander.  
Ergo nomen in omen ivit actu  
Jam SEELMANNE tuum, ut sies beatus.

Istis hendecasyllabis phaleucis,  
(Quanquam absq; ingenio, absq; sint & arte;  
Puro ex pectore sunt tamen profecti)  
Tentavi Tibi Amice gratulari,  
Sis factus Cathedrâ quod hacce dignus;  
Digna & quod fuerit Cathedra tali  
Concredenda Viro, beatores  
Qui præstare animas queat: precorq;  
Ut constans maneas beando easdem;

D 2

Ac

Ac tandem referens brabea Cœlo  
Æternum sine fine sis beatus.

BARTHOLOM. BUSSÆUS, Exul Christi  
in Cupriferâ Dominorum Valle  
b. t. Ludi Moderator.

Siccine nunc cathedram Scholicam, Venerande Magister  
Linquis, & ingrederis Templa sacrata DEI?  
Mutati quæ causa loci? quo fænore nummis  
Divitias positis amplificare queas?  
An famæ Te immensa famæ, aut ardor honorum  
Impulit? Haud: vera est cognita causa pñs.  
Sic visum est Jovæ nutu qui nostra gubernat  
Consilia, est visum principibusq; viris.  
Ergo Tibi grator sacrum de pectori munus;  
Et precor ut populo commoda multa feras.  
Te pia fata Virum servent ad Nestoris annos,  
Quò in templo vigeas semper honore DEL.

M. JOHANNES HEINZELIUS  
p. t. Gymn. Neosol. Rector.

O Qui Juventæ fidus eras meæ  
Formator olim, qui mea pectora  
Parnassiis undis rigasti,  
Clare Vir & Reverende, Salve.  
Longè relictis SEMPRONII jugis,  
Optatus ad nos CREMNICUM venis,  
Et gratus hospes. Russus ergo  
Clare Vir & Reverende, Salve.

Sat

Sat est labori jam scholico datum,  
Cui immorari non tamen immori  
Decebat: ad majora tandem  
(*Quod bene vertat Jova*) pergis.

Hinc jam novis congaudet honoribus  
Mens nostra: Felix ergo vige diu,  
Lucrare multas præpotenti  
Rite docens animas Jehovæ.

M. MATTHIAS <sup>t</sup>Spürzer  
Neosol. Con R.

**M**Agnes Alexander, Pompejus Magnus; & inter  
Induperatores Magnos Tu, Carole, Magnus;  
Singuli & una omnes ob Martia pectora Magni,  
Inq, acie propter portata trophya vocati.

Tu mihi ob innumerias, quas fers in pectore dotes,  
Omnibus es Magnis meritò annumerandus, & inter  
Bellorum Domini ductores nobilis heros.

Nempe nec imbellem poterit generare columbam  
Armiger ille Jovis volucris, sed fortibus edi  
Fortes, eque bonis tales, est fama, creari.  
Fortis es è forti sic Tu clarus, Parente  
Prognatus magna virtutis & indolis alta  
Æmula progenies, stirpisq; haut degener hæres,  
Hæres Officij, Ingenijq; Orisq; Paterni.

Gratulor his, SEELMANNE, tuis tam dotibus auctis.  
Qui eloquio, qui judicio, qui pectore Magnus  
Et calamo atq; animo es, linguaq; orisq; diserti  
Mellea labra ferens & submista ignea suadæ

D 3:

Blan.

Blandimenta sonans. Quæ si vel singula Clarum  
Effecere aliquem, jusserunt Te omnia Clarum.

O Salve Cathedræ nova Pompa, & buccina templi  
Cremniaci dulcis, nostri Lux orta Lycei  
Et Fax & Fautor, Defensor & Arbiter aqui.  
Vive diu, sacra Sceptra diu gere sospes in ausus  
Intrepidos; aderit Tibi Jova tuog, labori  
Adspiret fortuna favens. Sed adesse memento  
Atq, favere Scholæ: Sic Te Deus ipse fovebit,  
Te magnum excipient sacra post magmenta laborum  
Magnorum Magni tempe cælestia templi.

JOH-ADAM Hoffstetter Egrâ-Variscus  
Gymn. Cremnic. p. t. ConR.

Quam benè SEELMANNUS, pius instaurârit Athenas  
Sempronias (magnæ sedulitatis opus!)  
Hungariæ cecinere satis vada, mœnia, montes:  
Inde vocat celebrem Curia nostra virum.  
Advenit, excipitur primæ primarius uibis  
Inter Montanas, pectore, voce, manu.  
Ast quid ego faciam? exiguo quodq; carmine summum  
Excipiam Mysteri, cuî loquor ista senex:  
Curasti virgulta satis fruticesq; tenellos,  
Stirpibus has curas arboribusq; proba.

GEORGIUS Warckwart Cremn. Cantor.

Empronio quid Te fecit cessisse Licéo?  
Et cur Montanos visere tendis agros?  
Scilicet aeterno fas est parere Tonanti  
Cujus in arbitrio Restuatuta satis.

Pasce

Pasce gregem verbo Christi Christjane potenti:  
Iff labor fructus uberioris erit.

MATTHIAS Demosch Succendor & Coll.

Ingredere Hungariam Venerande Patrone supernam,  
Formidare nimis montana cacumina noli:  
Namq; ubi sunt colles valles quoq; dantur ibidem  
Et qui Sempronij vitam produxit, is idem  
Cremnity Deus est: hujus sit Gratia Tecum.

JOHANNES Richter, Colleg.


Sis bonus & felix nostram qui ingressus es urbem  
SEELENMANNE novi Duxq; Decusq; gregis.  
O quem Te memorem? vitam? studia atq; labores?  
Felices talem qui genuere Virum!  
Hic mihi, dixit, erit non ultimus inter Amicos,  
Qui verbum in multis proferat ore locis:  
Dixit, & extemplo in messem Te extusit optimam,  
Sempronio primum Te vocante, DEUS.  
Mergite ubi variâ replebas horrea Ludi,  
Nec, numero qui Te vincere posset, erat.  
Cremniciana suum vocat hinc Ecclesia mystam:  
Pares, deg. piâ Religione doces.  
Sic Tua Cremnicium Vita & Doctrina beabit,  
Et montes inter Terecreabit idem.

JEREMIAS ab Hellenbach Cremniciensis  
suo & Condiscipulorum nomine.

F I N I S.

•S\*\*\*S•





Umg. VI 6

**ULB Halle**  
005 905 370

3




1077





# Farbkarte #13



B.I.G.

PORICA.  
N T I.  
AGRO.  
IENS I U M.

RENDO. ET.

habo II. 969

KRISTIANO  
COB. FR.

orum hactenus

O R I,

inciam

sticam,

m

didentiā ad nutu,

orum virorum applausu,

ā vocatione,

C E N S E S

u

nario, Ecclesiarum verō

ritoriū sui futuro

T O R I

unt,

versum,

sa.

c. L XI.

H O V I Æ,  
T I I B R E W E R.

30-